



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 165. Quale ergo statui possit pretium rei necdum præsentis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

que alicui nocere debet privata notitia, quam  
re aliqua per accidens habet. *Dico*, privata, na-  
omnes cum *Lugo* d. 26. n. 140. docent Magistri  
tus ipsos, qui pretia rerum mutant, vel talia ven-  
di aut exponi prohibent, non excusari, si studio  
faciant, vel exspectent, v. g. donec ipsi omnia su-  
vendiderint aut exposuerint, nam ex suo officio  
tenentur impedire damna communia, & facere  
ut ex suis legibus, quantum fieri potest, unus no-  
gravetur plus altero; recte tamen addit *Lugo* po-  
se eos non aliter ac alios bonâ fide distrahere su-  
non obstante tali notitiâ, quando in eadem qua-  
titate, seclusâ illâ notitiâ, distracturi fuissent:  
consentiant alii cum *fls.* t. 4. d. 2. n. 403.

**239** §. 10. Si Quæstor mandatum accipiat à Principe, ut statim 1000. mensuras vendat pretio cur-  
renti, v. g. singulas aureo, si sciat pretium rei  
gendum intra mensum ad 2. etiam vel 3. aureis  
in singulas mensuras, licet facit mittendo Prin-  
cipi 1000. aureos, volendo sibi rem emere cum  
ejus periculo & spe istius lucri post mensum, ita  
*Spor.* n. 34., & ratio est, quia habebat jus emen-  
di non aliter atque aliis.

**240** Q. 165. Quale ergo statui possit pretium reim-  
dum presentis. R. Statui potest, vel qualere ipsa  
erit, quando res existet, & tradetur, vel qualis  
probabiliter putatur futurum, vel si haberi non  
possit probabilitas futuri pretii, quale omnibus  
pensatis arbitrio prudentum videtur justum:  
Notat autem *S. Thom.* opusc. 73. c. 10. non esse  
vitium minoris emere, v. g. segetes crescentes,  
quam valiturse sunt maturæ, quia res imperfecta  
seu ecdum apta ad usum, est minoris valoris,  
cum ad usum needum serviat: quod si eam ita  
imper-

imperfectam emeris, jam factus es ejus dominus,  
 & quod ei accrescit, tibi cedit, utpote domino ,  
 unde pretio sic constituto standum est, licet po-  
 stea tempore traditionis res multò pluris vel mi-  
 noris valeret, quia utrumque par fuit periculum  
 lucrandi & perdendi , ita cum communi etiam  
*Spor. n. 32. Potestque videri etiam Castrop. d. 5.*  
*p. 13. Item dicta n. 689.*

*Q. 166. Quantum pretium liceat accipere pro 942*  
*rerara & peregrina. R. Sot. Med. Led. Salon. Vq-*  
*lent. Sa, P. Nav. Baun. & alii cum Spor. t. 6. c. 5.*  
*n. 25. dicunt venditorem licetē accipere, quan-*  
*tum potest, quia talia nec legitimum nec vulgare*  
*pretium habent , cùm enim necessaria non sint*  
*usibus humanis , non veniunt in commercium*  
*aut taxationem communem, ergo vendor non*  
*videtur teneri ea à se abalienare, nisi persolvatur,*  
*quod petit , & ita apud Japones pro vilissima re*  
*sæpe accipitur pretium magnum. Econtrà Cajet.*  
*Nav. Mol. Rebell. Less. Salas, Castrop. d. 5. p. 3.*  
*Lugo d. 26. n. 47. Burgh. cent. 2. cas. 58. & alii*  
*putant non posse accipi nisi pretium , quod pru-*  
*dentis arbitrio spectatis circumstantiis justum*  
*censetur , quia in ejusmodi rebus pretium illud*  
*censetur justum , quod communiter justum æsti-*  
*matur , & quod rationabiliter commensuratur*  
*valori. Utraque sententia est probabilis, spectata*  
*tamen ratione videtur secunda esse probabilior.*

*Q. 167. Si quis sciat in agro esse thesaurum vel 942*  
*venam auream , an licetē emat agrum communi pretio.*  
*R. Utrumque absolute negant Vasq. Turr. & alii*  
*cum Dian. p. 9. t. 5. R. 17. Rationem dant 1.*  
*quia non est æqualitas inter pretium & rem em-*  
*ptam. 2. Quia alioquin etiam posses ignaro*